

Cur assidue meditandus est decalogus?

Meditatio decalogi necessaria est propter hos fines praecipuos: I. vt moneat nos de Deo, quod sit et qualis sit, II. vt doceat ad quid condita sit natura humana et qualis ante lapsum homo fuerit, III. vt sit norma rectrix vitae, IIII. vt sit speculum peccati, V. vt quaeramus mediatorem, qui pro nobis implet legem, VI. vt petamus in nobis restitui conformitatem cum lege.

[47:] **De symbolo apostolico seu de secunda parte catechismi.**

Quid continetur in symbolo?

Symbolum est summaria quaedam comprehensio articulorum fidei christiana¹⁰ nae, cuius professione et vero intellectu distinguitur ecclesia ab omnibus alijs sectis, quae sunt a religione christiana alienae.

Vnde est appellatio symboli?

Symbolum dicitur ἀπὸ τοῦ συμβάλλειν ac proprie significat signum seu tesseram militarem, quam duces militibus dare solent, vnde ab hostibus discernantur.¹⁵